



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

LV. Ad Ioanem Reymannum Iurisc. & Cancell. Vratisl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

*Pestator malo sic, quam venator adesse:
Nec canibus doctus vos, laqueisque sequi.
Sic Dea, sic vestris praesens venatibus opro:
Sitque comes tanti, duxque laboris ouant.*

LIII.

Ioan Alberto ab

Anvveyl E Q.

*Quod facis, hoc cito fac: nec longas differ in horas
Crastina si, quod agis, lux voret, omne peris.*

LIV.

Ad Ioan. Christophorum

Lucium, Consil. VVirtebergicum.

*Mendico si das multum, plus ille requireret:
Si nil, te diris, opprobriisque premet.
Quicquid das satis esse negat sibi: sed dare malis,
LVC I, tanquam homine, & tanquam homo,
(quod satis est.*

LV.

Ad Ioanem Reyman-

num Iurisc. & Cancell.

Vratisl.

*Probatos ut amare, sic amicos
Fas est, IANE, probare nondum amatos.
Aurum Lydius ut lapis, vel ignis:
Sic tempus probat, atque fors amicum*

Tristis

*Tristis. cui benè qui facit, fidelis,
Et constans sibi semper est amicus.
Casum turpe sequi, leuique sorti
Statim cedere, IANÈ: nec tenaci
Passu stare, sed hinc pedem referre:
Afflictumque suum negare amicum.
Qui re, in re dubia, iuuat libenter,
Quando re est opus, hic amicus esto.*

LXI.

Michaëli VVirtho I C.

Cancel. Sax. Coburgio.
E Græco.

*Optio si detur, fortunæ malo, potentium
Quàm fastus, MICHAEL, spontè minus
(que pati*

LVII.

Ad Stellam.

E Græco Platonis.

*Tu stellas, mea STELLA, vides: ô sim modò cæcis
Conspicer ut stellis: te, mea STELLA, meæ*

LIIX

Ad Georgium Burccar-

dum à Botar E Q.

*Si quis amat, patitur contraria multa, GEORGE
Sibi cadauer, alteri viuît magis.*

Abfent